

40 33 vell 5

AMORES  
HENRICI  
STROBAND,  
IVVENIS

Genere, Doctrina, Virtute, Nobilis:

HENRICI,  
CONS. ET SCHOLARCHÆ  
Reipub. Thorun. Primarij,  
FILII;

&  
REGINÆ,  
DN. ANTONII TROST,  
Senatoris quondam InsuloMariani,  
FILIAE VNICAE,  
Virginis Lectissimæ,  
SPONSORVM

ad

D. XII. VIIBR. ST. GREG.

Decantati ab  
AMICIS  
benè precantibus. 1600

---

TYPIS COTENIANIS.

clo Id c. 1600

IN  
Insignia Gentilicia.  
ANTIQUAE DOMVS  
**STROBANDINÆ**  
ex  
MARCHIA  
oriunda.

**R**ebus in adversis celsam duo Cornua mentem;  
Nobile designat Cassis aperta genus:  
Circulus est Virtus; Gentis sunt foedera Nodi:  
Doctrinæ lumen sanguine tincta Rosa est:  
Munificos animos duplices testantur Aristæ,  
Inq̄ gregem CHRISTI Principis, inq̄ Scholam.

M. Caspar Friesius  
Thorunien. F.

---

S P O N S V S  
AD  
F I L I V M D E I  
P a r a n y m p h u m .

Vispicio, pie C H R I S T E , tuo tua templa ma-  
Iam nouus ingredior: C ritus  
Te solo nitor, quia nostris robora solus  
Das animis trepidis:  
Iungis & ornatam pietatis laude puellam  
Fœdere legitimo.  
Audisti mea vota , tibi pro munere grates  
Pectore latus ago:  
Luce canam te , nocte precum venerabor honore,  
Hæcque memor referam.  
Diuitias & opes alij cumulare laborent,  
Nec nisi magna petant.  
Me mea delectat R E G I N V L A , sola voluptas,  
Sola leuamen erit;  
Et S O L A M E N erit, si quando pane doloris  
Vescier obtigerit.  
Interea commendo tibi mea cuncta , meamque  
Coniugij sociam;  
Tu nostris dignare pijs benedicere cœptis;  
Sic bene cedet opus.

Tu

Tu dignare tuo nos ltificare fauore;  
Sic leue fiet onus.  
Fac mea, mi dulcis, mi clementissime I E S V,  
Sint rata vota precor.

---

AD CONVIVAS  
LITERATOS & CANDIDOS

προσφώνησις.

**Q**UOD nostras estis dignati accedere tdas,  
Conuiuæ, Iuuenes cum Senibusq Viri:  
Dicite, pro tali quæ dona fauore reponam?  
Pro tali studio qualia dona feram?  
Fiet amoris amor donum meus; Omnibus ergo  
Ex animo grates officiosus ago,  
Semper agam, studium studioq referre studebo,  
Donec in hoc aliquis corpore sanguis erit.  
At Vos interea fidissima pectora, dulces  
Conuiuæ, Iuuenes cum Senibusq Viri,  
Vos hc appositis epulis accingite, ltati  
Suaibus & tempus fallite colloquijs:  
Alternosq Choros plaudentes ducite, vosq  
Exhilarate iocis, exhilarate mero.  
Principium vt fiat: doctis Ænigmata mensis,  
Sint indocta licet, discutienda fero.  
Hæc quoq; cum reliquis embammata sumite ferclis,  
Insuper & studio, quæso, fauete meo.

ÆNI-

## Ænigma I.

**A**bdita Vox latet in quinis Vocalibus, in se  
Continet omne bonum, continet Orbis opes;  
Denotat hæc Vnum, Tria denotat, & tamen Vnum  
Et Tria non vñquam Quattuor efficient.

## II.

**M**ortalis non est, immortalis quoq; non est;  
Et nec Homo dici, nec D E V S ille potest.  
Nascitur alternis, alternis occidit: idem  
Optimus estq; bonis, pessimus estq; malis.

## ANTIDOTVM THERIACALE DIATESSARON ADVERSUS Coniugij grauamina.

**V**incla ligant homines, vinclo, S T R O B A N D E, ligari,  
Sed non stramineo, firmius illud erit.  
Ferrea vincla feres, sunt hæc adamantina vincla,  
Quæ nullus nisi Mors rumpet amara Gigas.  
Dulce iugum tibi Coniugium est, H E N R I C E, lubenter  
Quocirca dulci subdito colla iugo.  
Quam miserum vitæ sine compare ducere vitam,  
Ipse id, Sponse, vides: vedit & antè D E V S:  
Cuius habes vocem: Miserum est ita vivere solum,  
Cum sola solum, dulcissime potest.  
Huicj, malo Vxorem posuit D E V S ipse medelam,  
Illud idem tibi nunc Pharmacon ecce datum este  
Verum age, qui primus medicamenta extitit autor,  
Hanc Hieram cunctis maluit esse Picram.

Quotquot enim sumunt, varia hos symptomata torquent,

Quæ ferre hic grauius, mitius ille solet:

Tuq; hos ut leuiter possis tolerare labores,

SPONSE, capesse aliud iam genus antidoti.

Namq; probatam usu ac tutam tibi dicto Receptam,

Rebus in oppositum est quæ bene nixa malis:

Hic ego dico malis, quæ iuxta assistere, ductis

Coniugibus iussu Numinis, ampla soleme.

Hæc inter primum est: turpem metuisse Repulsam

( Hactenus heu nimium est scilicet illa frequens )

Hinc et ad ornandam se sumptus inutilis offert

Sponsam teq; nouis ( omnia vana ) modis.

Tertia mox doris te sollicitudo fatigat,

Qui queat hæc certò et mox satis aucta capi.

Pòst ubi rite domum tibi iam noua ducta sit uxor,

Omnia plena gemunt sollicitudinibus.

Incipit hic omnis ludusq; iocusq; videri,

Si qua prius vita cura onerosa fuit.

Hic status hic vitamq; aliam moresq; requirit,

Hic primum, quidnam sit sapuisse, docet.

Jam placita uxor tibi erunt discenda, ferendum

Coniugis ingenium, si quid inepta patrat.

( Ut genus hoc imposq; sui, infirmoq; creatum

Iudicio, imperij est attamen impatiens )

Inde etiam sobolis tibi nascitur altera cura,

Cura grauis, mens est si modo digna patre:

Ecce tibi longo mox chara affligitur uxor

Morbo, mox natam febris anhela quatit.

Quid memorem ancillas famulosq; haud sexiūs ulla

Bellua quit Dominos excruciare suos:

His tibi de uictu est in praesens inq; futurum

Sollicitis ratio certa ineunda modis.

Iamq; suam somno rapiet plerumq; quietem

Accumularum cura perennis opum.

At quid opum dico? Quibus est opus, hisce parandis

Suppedant curas talia secla graues.

Verum

**V**ERUM HIS, si queras, alijs quoq; mille periclit  
Coniugij quanam tu medeare via:  
Accipe consilij brevia hæc monumenta salubris,  
Sintq; hæc ad Casus prompta medela malos.

**P**RINCIPIO, assidua prece sub tua tecta FAVOREM  
Collige, collectum sed retinet, DEI.  
Gratia diuina est huius basis optima mixti,  
Illa tibi primo est hic statuenda loco.  
Sed neg, difficilis fuerit tibi dicta paratu  
Herbula, coniugij est ad pia vota sequax.  
Quouis illa loco, quouis se monstrat habendim  
Tempore, & ante tuas stat tibi nata fores.  
Non ea deciduis marcescit floribus unquam,  
Non, licet autumno tristior adiit hyems.  
Semper enim viuens eterno in semine, ramos  
Gratiola hec auum spargit in omne suos.  
Tempestas etiam quod sevior ingruit, illa  
Lætior assurgens, gratiior esse solet  
Tu modò carpe pio tam sacrum pectore florem,  
Adg; usus mundo corde reconde tuos.

**I**NDE &, que raris PATIENTIA crescit in hortis,  
Rarior ipsatu seruiet herba scopo.  
Hanc lege per steriles reptans macra iugera terre,  
Inuenies misero munera tanta solo.  
Planta est, radicem fingit crucis emula forma  
Decussans, ceu stirps de cruce nata foret:  
Magnus inest folijs idemq; salubris amaror,  
Horrentem caulem crebrior armat acus:  
Hinc coma sanguineo terret rubicunda colore,  
Multum animos hominum dira minata mouens:  
Suauis at inde suo proreptit tempore fructus:  
Fructus, quo nusquam gratiior alter erat:  
Imo et totius species quantum horrida plantæ est,  
Tantum ea supra alias utilitate patet:  
Carduus est nimium benedictus, & est Crucifera  
Optima, nec nullis utile equo scayop.

Omnia,

**O**mnia nam præsens animi fastidia tollit;  
Nec cruce tentatis tutius auxilium est.  
**R**ectius affliti non sedat Anodynōn ullum  
Tormina, quocunq; hæc sint tibi seu loco  
**I**lla, cui irato circum præcordia bilis  
Turget, præsenti prompta coercet ope:  
Dissimulare facit, iustum tibi quando dolorem  
Multæ mouent: F O E L I X , qui bene dissimulat.

**H**IN C ea dispensans PR V D E N T I A, que sibi poscit  
Cura domus, habet hac in statione locum.  
Hæc docet obtentis rebus frugaliter uti,  
Hæc eadem utiliter parta locare docet.  
Parcendo hæc statuit tibi rectigalia certa,  
( Ditat enim multis emptio rara domum )  
Coniugij hæc eadem recte moderatur habens,  
Educat hæc sobolem, seruitumq; regit:  
Rariū ast alibi, quam summis montibus, herba hæc  
Colligitur, canent quo niue cuncta loco:  
Nec, nisi vbi hyberno latè omnia frigore torpent,  
Sera suo tandem flore decora viret.

**H**IS Tribus & Quartum succedit in ordine Simplex,  
Hoc sine, quam dicto, mixtio manca foret.  
Improbus est LABOR hic, est SED V L I T A T I S agendi.  
Gloria, mandatum qua tibi feruet opus.  
Hæc tibi multa, vias iuxta omnes, obvia pañim est  
Plantula, communī sèpè probata bono:  
Sed nisi lecturus vellendo vrgentius instes,  
Haud capis, illa suo tam benè fixa solo est.  
Altius hæret enim missis radicibus, & que  
Fibra solo sparsa est crebrior, auget opus:  
Vtq; est difficilis lectu, sic vñibus apta  
Pluribus, hunc secla hæc dum tenuere modum:  
Hanc secum gestans, rebus plerumq; cupitis  
Quæstisq; diu ritè potitus abit.  
Quæq; alia includit sudor sudore paratus  
Commoda, que & tali nomine planta venit.

Qvata

**O**vattuor bis dextre iusto sub pondere mixtis,  
Compositum ex toto iam medicamen habes:  
Et medicamen habes, quo non Tetrapharmacorum illum  
Coniugij melius tedia (si qua) leuat.

**H**AEC, quæ infelici lubitum est in carmina vena  
Ludere, amicitie nomine Sponse cape:  
Atq; animo quæ scripta bono, tu fronte benigna  
Excipe. Apollineo non licet apta stylo.

**FRANCISCVS TIDICÆVS**  
Phil. & Med. D. faciebat.

---

**H**Or risplendera il Ciel di doppio Sole,  
E la terra darra frutti nouelli,  
N on si vedra se non rose e uiole,  
R iui freschi uerd' ombre e lieti augelli  
I monto d' alta illustre e honesta prole  
C ongiungera li più saggi e piu belli  
O rnati aspetti, d' atti e cor pudico;  
R E G I N A bella, e valoroso H E N R I C O.

**R**itornarra di nuouo primauera  
E illustrerra la bella terra nostra  
G loriarassi ch' in leta primiera  
I ntrata sia, sol per la gloria vostra,  
N e timerra mentre si uolge il cielo  
A ffanno d' inimici ò caldo ò gielo.

---

**T**Oronia mia fa gran trionfo e festa:  
Quando il S T R O B A N D O tuo giubilar vedi,  
Anzi per gratia al gran Fattor tuo chiedi  
Ch' in sempiterno al tuo gouerno ci resta.

B

E

**E** che l' illustri & honorati heredi  
Inuitando de gl' Aui lor la gesta,  
Facian ch' ognun atte chinan la testa,  
Anzi ti baccian l' honorati piedi.

**E** questo ualoroſo e ſaggio HENRICO  
Con ſua bella, gentil ſaggia REGINA  
Si veggan poſti inſi gran ſeggio aprico.  
**C**h' al ſuo ualor ogn' altro poi ſ' inchina  
Ne pria cadiſ dal ſuo bel ſtato antico  
Che l' ultima del Ciel vedin ruina.

**H**ENRICO ſembra anzi ſ' aguaglia à Gioue,  
REGINA di bellezza ſuprâ Venere:  
E quando l' uno e l' altro il ſguardo moue  
Forz' e ch' ogn aspro cor ſ' amolli e intenere.  
**Q**vand' egli parla, ſacra Ambroſia pioue;  
Quand' ella ride, ognun diuenta cenere:  
**L**' un ha di Dio, l' altra di Dea preſenza;  
Questo e il giudicio del Dottor Potenza.

*in luoco d' amicitia*

*Francisco Potenza.*



I quis amor Patriæ: patriam, mox ſpondet, amœno  
Quâ ſe Roma potens extulit imperio.  
Si quis amor cordis, vel corporis: hanc ſciū haberi  
Nobiliore ſolo, nobiliore toro.

*Imm*

Immò si quis amor mundi totius : eum omnem  
Omnigenum exsuperans flos habet Italia.  
Tantus amor Latij , SPONSÖ notissimus : idem  
Suaserat Hetruscas ire redire vias.  
Non tulit , & gemino , Puer uni adsuetus , ab arcu,  
Inquit , agam geminā tela facesq; face:  
Ac simul aethereis se RELIGIONIS ocellis  
REGINAE immiscent , insidiosa dedit.  
Ferre nequit facilis , que quondam incendia , SPONSVS.  
Pertulit : heu sancto melle venenat amor.  
Ergo DEI monitis REGINAE aulae pererrans ,  
Germanis Latias cedere dixit opes:  
Dixit : & intuitus genus , os , mentemq; fidemq;  
Victrici tendit ad noua iura manus.  
Felix . — O cui sancta venit coniux : paradisum  
Et mundum & patriam org; habet Italia.

### Aliud.

**R**Oiche da lacci sciolto allegro e sano  
Da Siena ti partisti da tua vita ,  
Che ne strali , ne lacci , ne ferita  
Il tuo stato turbo sereno e piano.  
Da vn lieto sguardo , e da pietà suave  
Languisci , e per allegri e fausti tempi  
Regina brami , che con rari esempi  
Ha del tuo petto l' una e l'altra chiaue.  
O benedetto il di che ti sospinse  
Quella veder , ch' in tutta l'Alemagna  
Belta perfetta , e graue in se restrinse ,  
Anzi douunq; il mar la terra bagna

Dirse potra che tua REGINA uinte  
Benche' inuidia niente li sparagna.

FLAMINIVS GASTO

polyatros Guranus vet. neceſſit.  
Florentiae olim compact.

M. M.

scribebat torrente Sirio.

**M**Ultarum qui Virtutum Εγγασίον esse  
CONIVGIVM retulit;  
Crede mihi, paucis retulit quamplurima, quæ si  
Singula dinumerem:  
Pagellas aliquot, TIDICAEI carmina testor,  
Versiculis repleam.

Ast certis causis, quas non numerare necesse est,  
Esse labore breuis.

Ergo cum S P O N S O fuero cùm pauca locutus,  
Addere vota lubet.

**Q**VOD non fastidis, S P O N S E, Εγγασίον illud,  
Cum ratione facis.

**V**ISQ; huc Virtutum Præcepta salubria sollers  
Discere cura fuit;

Nunc Præceptorum justæ consuescere Praxi  
Altera cura fiet;

Quando pudicitia vernans REGINA venusto  
Flore virago tibi

Iungitur,

Iungitur, eximio vernaris florensq; decore,  
Conciliante D<sup>e</sup> o;  
Quæ tecum innumeros ut suauiter exigat annos,  
Comprecor ex animo.  
Autor Conjugij, qui V O S constrictinxit amantes,  
M A X I M U S ille D E V S,  
Faxit, E P Ω Z vestra semper dominetur in aula,  
Atq; perennet amor:  
Faxit, Vos longam seriem numerare nepotum,  
( His sine languet amor )  
Qui præstante suum referant Virtute, puellos,  
Ingenioq; Patrem;  
Quæ referant Matrem vera & constante, puellas,  
Laude pudicitia;  
Deniq; , qui C H R I S T U M , vestigia vestra sequentes,  
Pectore & ore colant.  
Hic princeps finis, quam constituistis inire,  
T este P L A T O N E , viæ est;  
Sic sic E I P H N H , Concordia Paxq; , sequetur  
Perpetua hauddubie;  
Pax humanarum verè Pax optima rerum,  
Sensus & unanimis;  
Qua regnante, virent & crescunt parva; jacente,  
Maxima dispereunt.  
Ergo devota pro Vobis mente feremus  
Vota precesq; D e o;

Ut iubeat CHARITÉS genialem cingere lectum,  
Angelicosq; choros.  
Faxit, ut absit EPIΣ, lites & jurgia miscens,  
Absit EPINNYS atrox:  
Abscedant longe à Vobis Cacodæmonis artes,  
Exitiumq; grave.  
Si tamen aduersi tulerit Sors improba quidquam,  
Deficiatq; merum:  
Protinus haud animos spe deducatis ab omni,  
Nil dolor iste juvat.  
Turbida lucebit roseus post nubila Phœbus,  
Fiet & Vnda merum.  
Discutiet nebulas humili D E V S ore rogatus,  
Eripietq; malis:  
Ac tandem vitæ saturis, saturisq; laborum  
Cœlica Regna dabit.  
Hæc precor; his Numen Votis cœleste triunum  
Pondus inesse velit.

M. CASPAR FRISIVS Thorun.  
bencuolentia ergo F.

STRÖBANDVS aris cùm tulerit manus  
Sponsæ dicandus, more pio, suæ,  
Iovamq; placarit precando  
Conjugij bona fata pacti;  
Spondemus ultrò conjugibus novis  
Vitæ beatæ commoda plurima;  
Florem domus, prolemq; dignam,  
Ruris & Vrbis avitæ honorem. Nec

Nec prava nexum rodet Eris pium,  
Nec conjugatis tempora mentibus  
Vnquam nocebunt; quæ feruntur  
Soluere cuncta suo tenore.  
Nam quæ benigno fœdera Numine  
Firmantur, aras inter & agmina,  
Crescunt, Deo præsente, rebus  
Et faciles tribuente cursus.  
Estote læti; Vos nihil attinet  
Versare curas sollicitè graves,  
Quas vita multis conjugalis  
Suppeditare solet frequenter.  
Vestrīs negabit nil precibus Deūs  
Puro profectis pectore; sed fauens  
Mollibit Ipse aduersitates,  
Et bonitate beabit omni.

M. CVNRADVS. BAVARVS  
R. GYMN. THOR.

S PONSE vices cœli numera meliore lapillo,  
Dum facis uxorem, tecq; puella virum.  
Iam lyra, iam tremulo vivant ex pectine chordæ,  
Tunde pavimentum liberiore pede.  
Mens es, & incoctum generoso pectus honesto,  
Vappa tibi cedit, lippa propago tibi.  
Delectare boni summa, tibi conditur uxor,  
Qua sine marcescit spes tua, vita, salus.

Alloquia

Alloquio suāui murmurūq; humilesq; susurros  
Soluet, in obliquos ingeniosa sales.  
Mille voluptates mihi de pulmone repello,  
Forsan eas virtute experiemur aīs.  
Res amor excelsa est, me judice gratia cœli est,  
Vnde incrementum Machina magna trahit.  
Sed quid agit TIMON: utramvis nixus in aurem  
Cornelyum gemitu pallido & ore colit.  
Qui malè amat Dījs iratis genioq; sinistro  
In Venerem putris, figere theta solet.  
Huic amor est æquor, cui vasta vorago, Carybdis  
Incola, quod cœlo lapsa procella rotat.  
Carbasa dant oculi, regnatq; in puppe Cupido,  
Vires Fortunæ discolor usus agit.  
Vos qui spondetis, longos consumite Soles,  
Impleat ut lallo turba pusilla domum.

M. VRBANVS SOBOLVS  
CORRECTOR.

CORONAE CHARITVM

Nouis Sponsis

Auspicas nuptias gratulantium.



ROSTIA STROBANDO HENRICO REGINA decenter  
Iungitur, ingenuo pulchra Virago Viro.

Ite Iouis soboles, nostrum decus, ite Puellæ,

Felicem, Charites, esse iubete torum,

Huc celerate gradum, thalamum decorate nouellum,

Auspice quem CHRISTO vester alumnus init.

cipolla

Serta.

Serta decent Sponsos, Sponsis date ferta nouellis;  
Et date laticie publica signa nouæ.  
Id SPONSI meruit PATER, optimus ille Patronus  
Musarum, Patriæ fida columna sue:  
Vir bene de cunctis meritus, ceu Curia nouit:  
Templa, Scholæ, perhibent: Bibliotheca probat:  
Plurima, debueram qua percensere, tacebo,  
Forstian hæc olim charta loquetur anus.  
Nolo Placentinus sed Veronensis haberi,  
Viuorum laudes commemorare graue est.  
Id SPONSVS meruit, nostri noua gloria Phœbi,  
Qui Musas opera non pereunte colit:  
Atq; sacri relegens sinuosa volumina Iuris,  
Eius ab insigni cognitione valet:  
Florentem studijs GERMANIA vedit et annis,  
Cum mecum varium suscipiebat iter:  
Quin et ad Ausonios et regna Latina profectus,  
Vedit id, in quo vis utilitatis inest.  
Id SPONSAE meruit Pietas, pius ardor honesti,  
Candida mens, niuea cum probitate Fides.  
Vix ea fatus eram, celeri pernicior Euro  
Ex Helicone ruit trina vocata CHARIS;  
Prima THALIA fuit, fuit hanc AGLAIA secuta,  
Tertia se socijs addidit EVPHROSYNE;  
Omnes de triplici gestabant flore corollas,  
Omnibus ambibant aurea ferta comas:  
Mox et honoratam STROBANDI gressibus æquis  
Intrabant alacres, ceu loca nota, domum:  
Tum prior EVPHROSYNE, conuersa decenter ocellis  
Ad Sponsos, verbis talibus usa fuit.

### EVPHROSYNE.

SPONSE, nouenarum laus non postrema Dearum,  
SPONSA, puellarum grande puella decus;  
Dum præbent alijs vestris præstania tædis  
Munera Coniuic. faustaq; vota ferunt:  
Nos Charites dabimus studio contexta Diones  
Serta, maritalis signa probata tori.

Prima fero viridi Votis de flore coronas :  
Flosculus hic partes admonitoris aget :  
Ille Chamæpitys Graiorum nomine dictus ,  
Dicitur à docto dulcis amara Trago.  
**I**e lenger  
**i**e lieber.  
Teuto vocat CHAKVM MAGIS AC MAGE SEMper amicum ,  
Mulcet enim flos hic ora sapore bono.  
Hic monet , unanimi geritis quem pectoris astu ,  
Ut crescente simul tempore crescat amor :  
Hic monet , ut Sponsam formaz ex stirpe decoram .  
Et MAGIS atq; MAGIS , SPONSE , maritus ames .  
Te quoq; , virgineos inter pulcherrima cœtus ,  
Herba Chama pitys , SPONSA nouella , decet :  
Et monet , ut Sponsum magis hoc coneris amare ,  
Ilo quò fueris longius usa viro .  
Sic nec Eris tanget lectum , nec tristis Erinnys ,  
Par sed in amborum corde virebit amor .  
Has flamas debere tori consortibus esse ,  
Nomine Teutonico flosculus ille docet .  
His dictis , dilecta Charis , Iouis inclita proles ,  
Euphrosyne , Sponsis ferta ferenda dedit .

### AGLAIA.

**Augen-**  
**trost.**  
**E**N tibi contextam , cultissime SPONSE , corollam  
Floribus ex nitidis :  
Flosculus Euphrastæ demonstrat nomine , Sponsam  
Sic fore , SPONSE , tuam :  
Et SOLATIOLVM quavis tibi sorte futuram ,  
Auxilium tuum :  
Matuos oculos , oculis blandula nigellis ,  
Exacuet melius :  
Et tempestiuis , euellet pectore curas ,  
Quando erit usa iocis .  
Leniet alloquijs REGINVL A blandula blandis  
Omne labors onus .  
En tibi contextam , lectissima SPONSA , Coronam  
Floribus ex nitidis :

Flosculus

Flosculus Euphrastæ monstrat, REGINA, maritum  
Sic fore, SPONSA, tuum:  
Ille tibi solamen erit requiesq; laborum.  
Pax animiq; tui:  
Ille tuos oculos aspectu reddet acutos,  
Et recreabit eos:  
Rebus in aduersis iucunda leuamina menti,  
Si labet illa, dabit.  
Præsentem veluti Panacea quibuslibet ægris  
Ferre putatur opem;  
Leniet alloquijs sic vir tuus atq; tuum cor  
Omne doloris onus:  
Mutuus ille modò venturos crescat in annos  
Nec periturus amor:  
At sic sumet amor vires, cum fertili uxor  
Pignora multa dabit.  
Tum cingent Pax alma domum; Concordia, plausus,  
Gaudia multa, torum.  
Hoc exopto Charis, sint hæc rata vota precantis,  
Fac pie CHRISTE, precor.

## THALIA.

HAC quis tempora vinciet corolla,  
Quam, cœli facie sereniore,  
Nuper dum spaciarer in viretis  
Nostris, & Veneris Cupidinisq;,  
Ex herba viuidissimo vidente  
Flore haud illepida, nec inuenusta  
Florum Chloris amans mihi Thalæ  
Contextam dederat satis decoram?  
SPONSI tempora vinciet corolla  
STROBANDI, Dea quem sacra turba  
Miratur, facilesq; amant Camene;  
SPONSAE tempora vinciet corolla  
REGINÆ, ingenij bonis decore,  
Donis virginitatis & leporum.

Gaude sorte tua, nouelle gaudie  
SPONSE HENRICE, coronulamq; sume;  
Gaude sorte tua nouella gaudie  
O REGINA, coronulamq; sume.  
Est hac herba Chamadryos Corona,  
Cuius Teutonicum sat euidenter      Vergieß mein  
Nomen non patietur, elegantis      nicht.  
Fias immemor ut tuæ maritæ,  
SPONSE, ô Pieridum decus Dearum.  
Nomen nec sinet, ut viciſſim amantis  
Fias immemor, ô Virago, Sponsi,  
SPONSA, ô virginei decus pudoris.  
Nam ſic corpora uestra colligata,  
Nexus & pectora copulata firmo,  
Ut zobiſ maneat duobus una  
Mens, & par animus, fides, voluntas.  
Porro quod ſupereret, tot ore fauſtas  
Dico & pectore gratulationes,  
Quot Sponsa dabis osculationes,  
Quot Sponſo illaq; baſtationes,  
Quot ſpicas tulit horna meſſis agris,  
Quot Pomona feret vagans in hortis  
Hoc pendentia poma Mense noſtriſ,  
Et uestro thalamo ſtatū ſerenum  
Opto, Flamine coelitus fauente;  
Ut ſit uestra domus frequente, pulcra,  
Exornata puellulo & puella.  
Haec haec hendecasyllabiſ precamur.  
Hactenus haec Charites, vel non hiſ diſſona prorsus  
Carmina diuerſis concinuere modis:  
Iamq; ſuo Diua perfundet munere, tandem  
Gorgonios iterum mox adiere lacus.  
Quæ tu ſume lubens tenuis muñufula vena,  
SPONSE, mei certum & pignus amoris habe.  
Quod ſupereret, votis iungo mea vota Dearum,  
Et zobiſ, Charites quæ cecinere, precor.

Matthias Nizolius F.

**D**ALLAS composita miscebat lite querelis  
Aligerò insuaves obvia facta DEO:  
Quod teneram gentem rabioso percitus cestro  
Matris ad exemplum sub sua signa vocet  
Florida namq; sibi tenera lanugine proles  
Ad latus ire suum suevit, et arma sequi:  
Post ubi vernanti Ratio cum flore iuuentæ  
Artibus et mentis luce polita foret:  
Tunc demum è plena uibret sua tela pharetra  
Hic DEVS, et Matris spicula sigat opes  
Sed nihil attenta ratione ualente Cupido  
Confluum in præcepis omnia uertit eant  
Et Puer in pueris pueriles iungit amores,  
Constantem ostentans in leuitate animum.  
Hinc veneranda tuum Pallas decorare coronæ  
Floribus intextæ gesuī honore caput.  
Nam te florentem patriæ sub imagine gentis  
Non prius in Veneris compostum esse fini:  
Quam Parnassiadum lustrare virentia iuuit  
Prata, operumq; piis disposuisse vices.  
Te nuper Nieri ad ripas Helicons in horto  
Sacra Adrastæe ponere sensit ager  
Et tua montosæ referunt vestigia rupes,  
Hesperium ad Latium quā via dicit iter  
Ergo amplexa tuum cerebro Iouis edita Pallas  
In laudes fingit carmina blanda caput:  
Inq; tuum resoluta canit modulamen honorem,  
Et tibi dulce tui format amore onus;  
Illa tuis gratum non auersata Camenis  
Officium, hanc soli grata ministrat opem:  
Ut te REGINAE Sponse ad fastigia Regem  
Aspirare tuo corde calente sinat:  
Illaq; multijugâ faciet te prole parentem,  
Ne tua Lethæis fama bibatur aquæ,  
Non ita felicem thalamum, duce Amore furentis  
In venas Veneris, nactus, Amice, fores.

*Viuite felices, nostri memorēsque ualete,  
Seu sim, seu fuerō, aut Parca fuisse uelit.*

*Iohannes Eccardus Secretarius  
Thorun.*

*Δύο ωδαί, ἔτερον μὴν μέζου, τὸ τῶν πλεονεκτημάτων, ἔτερον  
μὲν ἐλαττοῦ τὸ τῷριν ἐλαττωμάτωρ.*

*Ὥλῳ Θ*

παντοῖα πόσις τερπί<sup>θ</sup>  
νημᾶς ἀθρό<sup>θ</sup> ἔσω.  
θεῶν φόβο<sup>θ</sup> μετ' εὐσεβίας  
πρωτευέτω σὺν Τῇ δικίᾳ  
νικῶν. θεός γαρ ἐσωταιρέον  
ρυκφένειχ οὐδὲ τολνέει<sup>θ</sup>.  
ἐπειτα νοέται ἄρτος ὠλιθίδες τοῖς πόνοις.  
θεός γαρ ἄρτοι πωλεῖ ήμιν τοῖς πόνοις.  
ἄνευ ἀγηστί αγῆμα <sup>θ</sup>ησαυρίζετε.  
ἄνθρο<sup>θ</sup> φέρει δικινεκές θεόσαδότορ.  
ἄνθισ παρόρ ηγῆμα σέρξατε.  
φειδώνεισαρ ἀνδράσσιν μέγα.  
ἐις τέλο<sup>θ</sup> ἔυχομασινήμιν  
τέλος ἐνόπτην  
προσφνατ.

*Ω*

*κακή*

τύχη διζύστε  
θυμοφθόρο<sup>θ</sup> φθόρα  
τῶν συζύγων, νέων γάμων  
ῆκισα προσγίνονται  
άλλ' εἰ προσγενήσῃ  
σινεδής ἀτα  
ἔχον.

## *IOCVS POETICVS DE OVIS.*



*V A dīo Sponsis. Simias Qualia fecit  
Carmina, cui fuerat patria clara Rhodus.  
OVA fero Sponsis: agrestis rustica Muse  
Munera sunt, fateor: grata futura tamen.  
Sunt alij, Vobis qui splendida dona pararunt,  
Antiqua illustres nobilitate Viri.*

*Hic*

Hic offert fului radiantia dona metalli :

Hic ex argento collocat amē scyphos .

Hic auriflores inscriptos nomina Regum

Donat, quos nobis Vng ira mittit humus :

Hic Vrum, hic Ceruum, Leporem hic Gillumq; canorum,

Capreolum hic , capream mittit at ille leuem.

Sunt, euidem fateor , præstantia dona : duobus

Quæ non sunt ovis æquiparanda meis.

At nostram torquet quia res angusta Camœnam,

Ova duo Vobis sperat amœna fore.

Pollio Damæ non ausus temnere Musam,

Quamvis illius rusticæ Musa foret.

Clara STROBANDIADVM Soboles cum Coniuge casta,

Vt benè speramus, sic ioca nostra probat.

Complexu immenso quas res complectitur Orbis ,

Ex Ovo natas Orphica scripta canunt :

Ex Ovo Volucres , liquidus quas coninet Aér,

Sunt natæ, atq; suum principium inde trahunt:

Ex Ovo Pisces, sedem quibus Vnda ministrat,

Sunt natæ, im gelidis atq; vagantur Aquis :

Ex Ovo virides finxit Natura Lacertos :

Ex Ovo Anguineum prouenit omne genus:

Ex Ovo streperis censetur origo Cicadis,

Et quicquid gremio terra benigna fouet.

Quodq; utero tenerum uitales prodit in auras,

Hoc, velut in testa, pelle latebat onus.

Adde quod Herbarum circumdet semina pellis,

Quæ nullâ testam fertilitate refert.

Ergo Aér Auibus : varijs & Piscibus AEquor :

Ex Ovo & varijs rebus abundat Humus.

**H**OC quoq; subijcam , blandos cohibete cachinnos

Coniuæ , res est ridicula ista nimis.

Si Plato Mundum animal dixit : mihi dicere fas sit

Ouum : quod Mundi forma rotunda refert.

Duritiem sterilis teste sic denotat æther:

Æther nil generat : sic quoq; testa nihil.

Aëra

**A**era at Albumen pūrum designat & Ignem,  
Terræ & Aquæ speciem nonne Vitellus habet?  
**Ergo** Ouum Mundus : ruptq; Ecclesia testâ  
Proueniet, quando fulserit ina dies:  
**Cum** tuba diuino cœlum clangore resoluet :  
Stabimus & iusti Iudicis ante thronum.

**A**ccipite Oua duo : teste rumpantur : & unum  
Pauca mala : atq; unum prospéra multa ferat.  
Pectora luxus habet, cum vultu ridet ameno  
Fortuna : & multis aggrauat illa bonis.  
Hinc Macedum Princeps illustris laude PHILIPPVS  
Fortunæ expertus commoda letus ait :  
Dulcia Sors nimium condi mea gaudia curis :  
Difficile est fastus posse tenere modum.  
Sic duo, non unum, Vobis quoq; consecrat Oua,  
Que filo vinxit nostra Thalia rudi.  
Vnum Fortunæ est, mihi credite, caussa secundæ,  
Hoc Pietas, Virtus, complet amica Fides :  
At, quæ constituant minus ouum verba, iugalem  
Ne thalamum turbene noxia verba, precor.  
Viuite concordes : Pyly tria secla videte,  
Tot numerate annos absq; dolore, sensis.

## ALIVD AD SPONSVM.

**S**PONSE, tibi faueat, quem primo ænigmate teste  
Innisi : hic coepis annuat, opto, tuis:  
Hebræi generis DEVS, & Fabricator Olympi  
Coniugio tribuat prospera Fata tuo.

## ÆNIGMA.

**V**isus me genuit : visus me deserit idem,  
SPONSE, tuum exemplò sum remoratus iter.  
Cura tibi fuerat longinquas visere terras :  
Ast ego mox dixi : fiste STROBANDE pedem;  
Bellaz cum cuperes sectari immania, bella  
Ex animo excusit bella puella tuo,

Sic tibi

Sic tibi sum visu natus : sum lumine captus ,  
In corde & teneo Regna , STROBANDE , tuo.

M. Adamus Freitagius Toruniensis  
Scholæ Patriæ Collega F.

**V**Ade salutatum , mea littera , vade STROBANDVM :

Littera sermonis cara ministra mei .

Consule qui natus Patre est : qui stemmate clarus :

Scilicet antiquâ nobilitate satus .

Aut illum inuenies tua , Bartole , scripta legentem :

Suauiter aut tecum , Sponsa fatere , loqui .

Perge : ubi dicendi fuerit concessa potestas :

Illi hæc pauca meo nomine verba refer .

**I**LLE tuus quondam socius studiorum & amicus

Coniugio exoptat prospera quæz tuo .

Principium thalami fortunet trina Potestas :

Et medium cuncta prosperitate beet .

Iudice me , sic finis erit letiſimus : & sic

Excipient vestrum tristia nulla torum :

Et si Parca ferox vobis quid triste minatur ,

In pelagus rapidis id vebat amnis aquis .

Quod superest : optat vobis longam ille salutem :

Est optanda breui carmine longa salus .

**H**AEC postquam fueris breuiter pro more locuta :

Ad nostros subito , queso , redito lares .

M. Zacharias Otto .

**E**ccida gemma licet nitido splendore coruscet ,

Quæ venit , Eoi quæ maris unda rubet :

Atcamen illa magis fulgenti inclusa metallo ,

Quam suevit , radio splendidiore micat .

Sic ceu gemma pias inter REGINA puellas

TROSTIA sat micuit , quas Mariae Inſla fouet .

Nam Philomela velut mira dulcedine cantus

Altuum multos anteit una greges :

D

Sic

Sic REGINA pia morum probitate pudicas  
Exuperat Nymphas, quas Marie Insula tulit.  
Vincit & ut pulchram Phœben splendore sororem  
Titan, qui latè facta diurna videt:  
Vincit & ut reliquias præclaro lumine stellas  
Luciferi, roscis qua, rota, currit equis:  
Ceu Rosa verna solet multos superare suauis  
Flores, quos tellus mittit, odore suo:  
Sic REGINA suâ formâ præstante puellas  
Vincit, & eximiâ laude pudicitiae.  
At postquam est, HENRICE, tibi coniuncta marito,  
Hoc magè Virtutis laude vigebit eâ.  
Nam veluti rutilum, splendore, colore, valore,  
Aurum alia exsuperat cuncta metalla suo:  
Anteis & multos tu sic iuuenes & viros  
Stemmate, doctrinâ, religione piâ.  
O bene par iunctum fulge & decentius auro!  
Quod Triadis nutu credo coisse sacrae.  
Ergo tibi grator de tali, SPONSE, marita,  
Quam multi iuuenes, quam petiere viri;  
Nullus at ex illis est eius amore potitus;  
Nam tibi eam soli FATA dedere pia:  
Et tibi de tali grator, REGINA, marito,  
Stemmate, doctrinâ, qui pietate viret.  
Aureus ut gemmam preciosam circulus ambit,  
Sic Lex sancta DEI pectora vœstra liget.  
Indomitus quo suis Adamas ceu vincit & ictus,  
Omnia sic vincat tristia vester amor.  
Vitis opaca velut gaudet complexibus Vlmi,  
Vlmus & illius gaudet amœna iugo:  
Flagret amore sui SPONSI sic SPONSA pudica,  
Et SPONSVS SPONSAE flagret amore sue.  
Viuite, quod restat, concordes: viuite longo  
Tempore: prole domum; prole replete polum,  
Quæ referat vultus Matris referatq; Parentis,  
Et celebret verum pectore & ore D E V M;  
Stemmatis & vestri clari sit firma columna,  
Stemma etenim seruam pignora certa tori;

Et dñe

Et tandem vita saturi post mitia fata  
Empyrei læti tecta subite poli.

Andreas Dasius  
benevolentiae ergo F.

ÆNIGMATA EIVSDEM.

I.

EST Vox Germanis quatuor descripta lituris,  
Cuius vis nobis pocula tutu facit;  
Si capiti illius placide vox blanda bidentis  
Præponatur, erit vox ea grata viro.

II.

Vnt binæ voces, senis quarum una figuris  
Ausonie lingue pingitur: una nouem et  
Illarum vocum propria si sede figuris  
Motas confundas, confociesq; bene:  
Inde tibi surgent tres voces, candide lector,  
Qui tenet has, regni possidet ille rosas.  
Candide, dic, quæso, que sunt ha voculæ, amice.  
Tres aliae voces ex quibus inde fluunt.

III.

Mnibus est multis quidam ales notus in oris,  
Qui liquidum pennis æra sèpè secat:  
Cernere cui similem nequeas, licet omnia mundi  
Climata perlustres mente vagog; pede:  
Eius stridentes alæ creuère calore,  
Cum esurit, absunit quinq; bis ipse boues.

IV.

Parua domus quedam est, cui ianua, nulla recessus  
Eiusque monstret: nulla fenestrâ stimul:  
Sepiùs ossa tamen dura, et caro crescit in illa:  
Quæ multis passim dulcia lucra parit.

---

Si quis promitti certâ ratione beatus  
Poterit thalamus; hic maximè:

D 3

In quo

In quo per facilis sine murmure præstat honorem  
Vxor marito debitum:  
Quim habet & parili coniux in honore maritam,  
Partem sui seu corporis:  
Insuper et memores promisi iugiter ambo,  
Semel datam seruant fidem.  
Quim ubi non titubat vel non languescit, ad idem  
Amor perennat mutuus.  
His fauor accedat diuini Numinis: Ecquid  
Dici queat beatius?  
Annuit hoc ipsum Fidius, dum pinxit Honorem  
Hac parte iuuenem floridum:  
Illa formelle culta sub imagine pulcre,  
En veritatem dexteram  
Olli quæ præbet: mediumq; hos inter Amorem  
Pueri instar optatissimi.  
Ergo age cum sponsa, clarissime Sponse pudicâ,  
Qui cupis, & omnes expetunt:  
Principium felix, medium felicius ut sit  
Thalami, exitus prosperrimus:  
Hoc age cum lectâ, lectissime Sponse, puellâ:  
In id penitus incumbito:  
Floreat optati, quo in vestro, Numen Honors,  
Toro, Fides, Amor integer,  
Vernet ut imprimis, CHRISTI Fauor, omnia secum  
Qui trahit, adauget & beat.  
Si fiet: Sponsis ex omni parte beatum  
Promitto coniugium nouis.  
Verum quo fiat. tensis ad sidera palmis,  
In voti, CHRISTE, te uoco:  
O adsis dexter Sponsis umbrasq; fauoris  
Condas torumq; prospères,  
Obtineant quo sic Te suppeditante, quod optant:  
Celebremq; rursus Te D E V M.

**CHRISTIANVS BVRCHARDI**  
in memoriam veteris amicitiae F.

**S**PONSE, tibi faustum precor hoc sit fœdus amoris,  
Legitime tecum quod noua SPONSA ferit.  
Illa tue ritæ solamina certa ministret,  
Sit REGINA tue firma columna Domus.  
Tuq; tue Sponsæ gratum sis Sponse leuamen,  
Inq; tuo illius corde perennet amor.  
Tu, qui cuncta soues, qui cuncta creata gubernas,  
Perpetuò Sponsis dexter adsto, DE VS  
Hæc calamo script: lingua sed plura sonabo  
Conuiuas lepidis exhilarando modis.

Matthias Sellin Wollin. Pom. F.

**I**ngentes quamvis curas variosq; labores  
Sustineat, causa prolis uterq; Parenſ.  
Mille licet luctus, ac mille pericula Nati  
Sepè patri & matri fœda patrando, creent.  
Non tamen æternum curis torquentur acerbis  
Et bonus, & felix his quoq; finis erit  
Interea luctus dum pectora frangit & angit,  
Gaudia mille statim suauior aura vehit.  
Cum Sobolem virtute, bonis ac moribus auctam  
Fœdera rite tori casta subire vident.  
Tunc tunc sollicitas pertenant gaudia mentes,  
Gaudia non ullo disperitura die.  
Hoc decus, & caros hæc laus manet alma Parentes  
Quæ venit à Natis, gloria grata venit.  
Talia nonne etiam es, Vir nobilis, arteq; præstans  
Expertus, patriæ gloria magna Scholæ.  
Credo equidem: quoniam fors hæc communis in orbe est,  
Cuius in amplexu quisq; tenetur homo.  
Sed lux exoptata venit, que lœta requirit  
Pectora, quæq; procul tristia corde fugat.  
Dum castam licito sibi iungit amore puellum  
HENRICVS, claro te genitore, fatus.  
Nunc abeant curæ, dolor hinc procul exeat omnis,  
Non facit ad sanctas Lis malesana faces.  
Ergo Rater Patriæ (sic enim te prædicat omnis,  
Qui tua cognovit facta vel acta) Scholæ.

Concia

Concipias lei à letus quoq; gaudia mente,  
Et puro grates pectore funde DE O.  
Munere pro tali, tibi quod concessit ab alto,  
Fœdera dam Gnatum sancta subire vides.  
Nos quoq; (ceu par est) felicia quæq; precamur  
A D OMINI larga cunctipotentis ope.  
Ille regat, firmet socialia vincula lecti,  
Crescat ut in patrium nobile stemma decus:  
Ut natos natorum, et qui nascentur ab illis,  
Tempora post felix cernere sera quæas:  
Teq; nouenarum, cultissime SPONSE, Sororum  
Musa nequit tacito præterisse pede.  
Nam tua res agitur, tibi consecrat en DEVS istum  
Atq; tuæ SPONSAE, SPONSE nouvelle, diem.  
Gratulor ergo tibi tali de Virgine N V P T A  
Moribus in signi, stemmate, dote, fide.  
Et preor, hac quatuor Vobis benè pectora firment,  
VNIO, PAX & AMOR, saluificansq; FIDES.  
Viuite felices, longæui Nestoris annos.  
Viuite, nec castus sit sine prole torus.

AMBROSIUS OCRASIVS Welus  
nensis P. Scholæ Polon. Cantor.

**N**oluit Adamum sine Conjuge vivere solum;  
Non vult te solum vivere, SPONSE, DEVS.  
SOLAMEN tibi largitur; solatia deinceps  
Vnum SOLAMEN fertilioꝝ dabit.  
Innumeros numeres hoc cum SOLAMINE soles;  
Quod tibi sit solidum perpetuumq; , precor.

H ENRICVS STROBAND IVNIOR:

R EGINA T ROESTIN.

per Anagr. R mutato in O: et omisso N.

V NICO HERO SVBDITA ERO,

NON TRISTIS REGINA.

Nescio

**N**Escio spem qualem de me sperare sinistram  
Vox REGINA gravis (dij meliora!) jubet.  
Altera Vox non tam rigida est, quæ dulce levamen  
SOLAMENꝝ tibi me fore, SPO NSE, docet.  
Scire cupis, quanam tibi sim ratione futura  
SOLAMENꝝ jungas nomina, certus eris.  
**N**ON TRISTIS REGINA tibi, pia Numinæ testor!  
VNICO HERO, ut fas est, SVBDITA semper ERO.  
Omina nominibus quòd si, charissime SPO NSE,  
Insunt; hoc nostri nominis omen erit.

HENRICVS STROBAND IVNIOR:

REGINA TROSTEN.

*per Anagr. R mutato in A, & omisso N.*  
SI SVBDITA ERIS, CVR NON ET  
REGINA HONORATA?

**N**Escio spem qualem singis, REGINA, sinistram;  
Parce precor, mea Lux; quid metus iste juvat?  
Nomen utrumq; placet: nullo discrimine habebo,  
Seu REGINA mihi, sive LEVAMEN eris.  
CVR NON ET REGINA simul vis esse, quid obstat?  
Semper HONORATA, Si mihi SVBDITA, ERIS.  
Esto Consilium vitæ Auxiliumq; regendæ,  
Quando opus est; esto subdita, quando opus est.  
Omina nominibus quoniam, charissima SPO NSA,  
Insunt; hoc nostri nominis omen erit.

Charitatis ergo  
F. F. F.

102 829

620 (continued)